

decernas faciens quod decre..... appellatione cessante
 compellas veritati testimonium prohibere. datum Avinione II Kalendas Iulii pon-
 tificatus nostri anno Quinto. Quibus licteris Reverenter receptis quia ipsarum
 executioni non possumus..... legalitate..... virtute Sancte obe-
 dientie teneri supradicte Sedi Apostolice sumitur iniungentes vices nostras com-
 mittamus plenarie in hac parte Ita quod si ambo nequivalentes vel noluentes....
 etiam idem dominus Episcopus Salpensis quod deinde vocato
 legitime dicto episcopo vigiliensi ob causam predictam, et dicto Abbate Stephano
 suo coniudice nec non posset interesse cognitioni et determinationi eiusdem cause
 se per licteras..... Tandem instante procuratore dicti Monasterii
 Montis Sacri et petente in causa ipse procedi quia dictum vigiliensem Episcopum
 contumacem invenit et eius contumacia constitit ipse Salpensis Episcopus Iudex...
 continentie subsequentis videlicet. Secundo Mensis novembris none
 Inditionis apud Barolum. Intus in palacio Sepulcri eiusdem terre Baroli. Nos
 Aymardus dei gratia Salpensis Episcopus Subdelegatus Iudex per venerabilem
 et Religiosum virum fratrem Angelum..... in quistione que vertitur
 inter Religiosum virum fratrem Anastasium. Monachum procuratorem Abbatis et
 Monasterii Montis Sacri ex parte una. et venerabilem patrem dominum Leonem
 Vigiliensem Episcopum ex altera super tribus Ecclesiis videlicet Sancti.....
 dyocesis de quibus predicti Abbas et Conventus Monasterii Montis
 Sacri se asseruerunt per predictum vigiliensem Episcopum supradictum nequiter
 spoliatos presentis scripti sane declaramus quod cum predicta causa nobis et
 abbati Stephano Canonico Maioris Ecclesie..... cum clausola
 quod si..... non posset interesse vel nollet alter nichilominus accederet in
 causa predicta. nos una cum predicto Abbate Stephano predicta subdelegatione
 recepta citavimus predictum dominum vigiliensem Episcopum ut tercio a die...
 Sancti Sepulcri comparere deberet predicto procuratori predictorum abbatis
 et Conventus eiusdem Monasterii Montis Sacri in Iudicio de iustitia responsurum.
 Interea vero predictus noster consocius quia cognitioni et decisioni dicte cause
 interesse..... dictus dominus vigiliensis Episcopus in dicto loco compa-
 ruit coram nobis allegans quod dictarum citationis licterarum eiusdem, data, non
 erat vera. pro eo quod asserebat nos non fuisse simul in predicta terra Baroli
 die dato..... per tercium specialem nuncium destinatum et quod
 sigillum eiusdem abbatis Stephani quod est impressum eisdem licteris non est
 autenticum et quod non continebat causam subdelegationis seriose Item quod
 terminus datus sibi per nos in citatione predicta..... super ipsis
 consulte..... procedere utrique parti cernimus prefiximus usque ad cra-
 stinum ad interloquendo de ipsis Adveniente itaque predicto crastino predictus
 noster consocius ad nos in predicta..... Interesse non poterat Iterato
 in persona propria dictus abbas Stephanus se..... excusavit allegans causas
 excusationis quas in licteris suis primo posuerat..... et quod exceptio-
 nes ipsius Episcopi oppositas contra licteras predicti abbatis Stephani reputaba-
 mus invalidas tum quia per certum nuncium receperamus eosdem tum quia in
 eis causa..... excusavit licet non teneremus easdem exceptiones pre-
 dicti vigiliensis Episcopi de iure admictere quod nobis tamquam non oblatos in
 scriptis tamen quia reputabat se fore gravatum. de termino trium dierum a die
 decem Miliaria cum distant et ut iudicium suum omni suspicione